Tempore quadragesimali

Uno quadrante ante 3.am post mediam noctem ad Vigilias Dno Deo persolvendas. Diebus festis duarum Missarum et Dnicis hora 2.a Festis unius Missae media 8.a Diebus vero sermonum media 2.a

Per estatem

Hora media 6.a commemorit signum dante excitatore ad lectionem seu meditationem spiritualem

Hora 6.a pulsabitur ad Primam, qua finita immediate ad Capitulum redibunt. Absoluto Capitulo si datum fuerit signum ad labores, laborabunt: sin autem, piis aliis exercitiis se occupabunt. Interim Sacerdotes absolvent privatas suas Missas. Quadrante post 8.am dabitur primum signum ad Missam Conventualem, et transacto quadrante 2.um Sacerdote vero et ministris indutis pulsabitur ad 3.am

Festivis diebus semper hora 8.a primum signum dabitur, diebus autem ieiuniorum 2.o quadrante post 8.am nisi sit festum in foro, tunc enim primo quadrante post 8.am et reliqua ut supra fiant.

Absoluta 6.a quae immediate post Missam cantatur, audietur primum signum ad prandium, et elapso quadrante (quo examini conscientiae singuli vacabunt) 2.um

Post prandium dictis sententiis ex lectione mensae observatis, tempus quod restat ad 12 piis inter se mutuis colloquiis, vel alia honesta et religiosis personis digna recreatione transigent. Diebus sermonum et ieiuniorum exceptis, quibus ab his se continebunt.

Hora 1.a post meridiem audito signo conferent se ad 9.am nisi sit cum 6.a simul decantata, quod fit in diebus unius refectionis.

Hora 2.a pulsabitur primum signum in Ecclesia et ex tunc conferent se iterum ad lectionem sive moram. Post Vesperis hora 4.a pulsata campana ibunt ad labores, quibus incumbent usque ad 5.tam

Hora 5.a primum signum dabitur ad coenam, et elapso quadrante 2.um. Medio quadrante ante 7.am pulsabitur ad Completorium, quo finito, et Antiphona, Sub. Dne universorum cantata. Examen conscientiae facient, usque ad 3.um quadrantem ante 8.am

Hora 8.a omnes sint in lectis.

Diebus Sabbatinis quando fit lotio pedum 3.o quadrante pulsabitur ad Completorium.

Omnia ad Dei omnipotentis gloriam.

Conclusio statutorum. Caput XXXXIII.

Quoniam finis ipsorum statutorum non tantum est ut sciantur, sed potius ut observ-

obseruentur, oēs et singulis Ord͞is nr̄i personæ in D͞no moneantur ne sint eorum lectores et auditores tantum, sed factores: sic enim per mandatorum diuinorum custodiam, et trium uotorum redditionē, Charitatem (quæ professionis suæ perfectio est) assequentur, et à Deo bonorum omnium retributore copiosissimo æternæ uitæ præmia repromissa percipient. Ne verò eorum omnium et singulorum ignorantiam ullam prætendere quis possit, oībus priuatis diebus in Cap͞lo post lectam regulam, Cantor vel in eius absentia Succentor in unoquoque Monrīo, aliquid ad nutum Præsidis ex iis leget, nisi forte aliis rebus necessarijs in Cap͞lo tractandis tempus extraheretur

De Magistro et Præfecto Conuersorum Cap. 5.

1 Prouideat Abbas seu Præses Monrīj vbi multitudo Conuersorum exegerit, Monachum Sacerdotem idoneum et discretum, maturis præditum moribus, et qui præsertim in ætate et uestitu exemplo suo laicos Fr̄es ædificet, et eis Magistrum, constituat, et si fieri potest fiat Cellerarius.

2. Officium Mag͞ri erit, tenere cum illis Cap͞lum, grauiores tn̄ causas ad Superiores remittendo: post Completorium illos interdum visitare, et alias sæpe circumire officinas, et ut singuli diligenter operentur attendere, opportuno tp̄re cum uno aut pluribus simul loqui de Ordine, vel de consolōne spirituali et alijs salubr-

3 Nulli Conuersorum dabit licentiam aliquomodo quidpiam dandi, vel accipiend sine scitu Prioris, nec citra necessitatem exeund extra clausuram.

4 Ut inter Conuersos oīa ordinatè fiant, præter Magrum, alius ex ipsis Præfectus constituatur; Cuius offīm erit, ad oīa ut bene agantur attendere, et ut singuli modestè se gerant, atque offīa sua sedulò obeant, animaduertere idcircò ad oīa loca ubi prædicti Conuersi laborant, quibuscunque horis ingredi poterit

5. Superior vel Mag͞r Cellas et officinas quoties placuerit visitet, quibus ipsi Conuersi, quicquid habent exponere teneantur, et si quis ex eis cibaria, aut alia illicita asseruare deprehendatur, et monitus noluerit emendare, incarceretur

6. Infirmorum Conuersorum curam Mag͞r et Præfectus habeant, et iis tempestiuè de confessione facienda suggerant.

7. Deni-